



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

L. Abt Hermann trifft eine Einrichtung wegen des Gottesdienstes im Kloster Hillersleben, (ohne Jahreszahl, wahrscheinlich im 1322 ausgestellt).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

L. Abt Hermann trifft eine Einrichtung wegen des Gottesdienstes im Kloster Hilderleben,
(ohne Jahreszahl, wahrscheinlich um 1322 ausgestellt).

Nos hermannus, dei gracia abbas in hildesleue, ad vniuersorum tam presencium quam posterorum notitiam cupimus peruenire, quod ad laudem et reuerenciam beate et gloriose semperque virginis marie secundum morem hugisburgenfium constituimus in hoc loco, ut ad singulas horas, tam diurnas quam nocturnas, immediate post oracionem dominicam, aue maria, sacerdote, qui est ebdomadarius, primam partem inchoante, et conuentu partem alteram respondente, ante reliquas preces cottidie compleatur. Si quidem ut in hac nostra constitucione noua et in hoc loco penitus insolita, omnium confratrum nostrorum animum nostro consensui flecteremus, ortum quendam in hac uilla situm ad eorum infirmariam contulimus, ipsius orti censum in vsu omnium fratrum per infirmarii procuracionem, quemadmodum cunctis placuerit, conuertendum. Si igitur, quod absit, ullus hominum huic constitucioni pariter et donacioni rite acte et literis, Sigillo nostro signatis, ad stabilitatis perpetue firmamentum rationabiliter perducta, temere presumpserit contraire, omnipotentis dei indignacionem nec non benedictę matris eius et virginis marie se nouerit incursum.

Cop. I, fol. 20.

LI. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt die Stiftung des Priors Heinrich von Gardelegen
im Kloster zu Hilderleben, am 28. März 1324.

Albertus, Dei gracia halberstadenfis ecclesie episcopus, vniuersis cristifidelibus presentes visuris Salutem in domino sempiternam. Digne exaudicionis aures eis aperimus, qui a nobis postulant, que rationis tramite fulciuntur. Dum igitur dilectus filius henricus de Gardeleghe, prior monasterii hildesleue, sana mente motus medium mansum in campis Wederinghe et quoddam areas in villa hildesleue sibi contiguas a viro venerabili domino Conrado, eiusdem monasterii abbate, ex omnium fratrum ibidem consensu precio comparavit donauitque capelle sancti Michaelis intra septa eiusdem monasterii site, ut frater conuentus ibidem, quem prior, pro tempore existens, ad peragendum ter missarum solempnias pro viuis et defunctis fidelibus et animabus dicti henrici, nunc prioris, suorumque progenitorum instituit seruatore, fructus eiusdem mansi et earundem tollat arearum, stopamque vini per singulas quartas quarter in anno pro sacrorum celebracione loci tesaurario amministret duosque cereos, libram unam cere continentis, vnum in pascha et reliquum in festo beati michaelis in altari capelle collocet supradicte; Nos huius donacionem prout rite facta est ratificamus, approbamus et ordinarie nostre auctoritatis presidio in nomine Domini confirmamus nostrum sigillum una cum predictorum abbatis et conuentus sigillis presentibus appendentes. Acta et data Anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o. Quinto kalend. aprilis.

Cop. II, fol. 13.